MONVMENTA EPIGRAPHICA

POMPEIANA

AD FIDEM ARCHETYPORVM EXPRESSA.

PARS PRIMA

INSCRIPTIONVM OSCARVM APOGRAPHA

CVRANTE

IOSEPHO FIORELLIO

ORDINI ACADEMICORVM HERCVLANENSIVM ADLECTO ET INSTITVTI ARCHAEOLOGICI SODALI

NEAPOLI

EX OFFICINA CAIET. NOBILE SVPER. PERM.

Editio altera

MDCCCLVI

MONVMENTA EPIGRAPHICA

POMPEIANA

AD FIDEM ARCHETYPORVM EXPRESSA.

PARS PRIMA

INSCRIPTIONVM OSCARVM APOGRAPHA

CVRANTE

IOSEPHO FIORELLIO

ORDINI ACADEMICORVM HERCVLANENSIVM ADLECTO ET INSTITVTI ARCHAEOLOGICI SODALE.

NEAPOLI

EX OFFICINA CAIET. NOBILE SVPER. PERM.

Editio altera

MDCCCLVI

Editio princeps centum exemplaria complectens, quam in lucem protuli anno MDCCCLIV ex libraria Detkeniana, cum iam fere exhausta esset, hanc novam excudere institui, ad studiosorum opportunitatem magis accomodatam; in qua vero nihil quoad materiam, multum circa formam ac praestantiam mutatum, nec tabulas paleographicas invenies, sed plumbeos characteres adhibitos ad antiquas litterarum figuras imitandas. Quamvis autem haec altera editio tabulis careat, ipsarum indicationes servantur veluti in prima, quam reperire est in nonnullis Europae bibliothecis, ut facilius eam lector manibus versare, ac uti libere queat.

Non aptus hic locus, nec mea est dicere, conducat necne veterum inscriptionum paleographiam retinere, ac monumentorum, quae in diem tempus deterit, apographa cum summa fidelitate, originali magnitudine, coloribus, omnibusque naevis committere prelo; neque autem quanto labore, perseverantia, sumptu opus sit condenti in Italia hisce rationibus librum. Sed non possum silentio praeterire impetum a cl. Overbeckio factum in eam editionem, quam ipse minime vidit, et nimio luxu praeditam inutiliter putavit, quoniam ingenti aere veniret (*Pompeji* pg. IX). Verum enim vero iudicium illius quantum a magistrorum meorum atque illustrium virorum sententia distet, per quos liber ille *codex epigraphicus pompeianus* appellatus est, ex verbis apparet cl. Minervinii, qui ita de eo scripsit in *Bull. arch. nap.* nv. sr. tm. III, pg. 111.

*

« Questo metodo di pubblicazione, sebbene renda il libro assai costoso e di non facile acquisto, è però utilissimo a coloro principalmente, che aver non possono sotto gli occhi continuamente i monumenti originali. E noi saremmo di parere, che le belle litografie dell'opera di cui diamo l'annunzio, dovrebbero acquistarsi da tutti i musei del mondo; ne' quali si vedrebbero per tal modo esposte le epigrafi pompeiane, per esser sottomesse all'esame ed allo studio de' dotti, che ricavar ne potrebbero tutto il vantaggio, e per le ricerche paleografiche, e per quelle che concernono le novelle spiegazioni de' monumenti soggetti a varie interpretazioni, ed a lezioni diverse. Per quanto spetta poi ai programmi ed a' graffiti, è troppo noto come sieno essi soggetti a deperire, e talvolta anche a subire la totale distruzione, a causa del fragile intonico su cui furono segnati. Per lo che una identica riproduzione è destinata a servire un tempo in luogo degli originali, conservandone la freschezza e talora la esistenza. Noi osserviamo, che una pubblicazione di tal fatta vede ora per la prima volta la luce. Sovente si presentarono le antiche epigrafi a *fac-simile*, ma allorchè i monumenti erano di grandissime dimensioni, offrironsi agli sguardi degli studiosi ridotti ed impiccioliti. Non così nella presente pubblicazione, il che la rende non solo oltremodo splendida e magnifica, ma utilissima ancora, secondo che fu da noi di sopra accennato ».

Huius igitur libri iterum edendi causa fuit, ne mole veluti laboraret sua, utque ementium parsimoniae suppeteret. Quod si clarissimorum virorum indulgentiam unquam consecutus sum, non ideo dignam existimem elogiis, quibus eruditi hanc operam exornare studuerunt; immo vero, ut ego in humanitatis eorum argumentum devoto et obsequenti animo gratulationes accepi, ita me meaque omnia quam maxime tibi commendans, candide lector, vivas diu precor et valeas.

PRAEFATIO

Universam pompeianarum inscriptionum collectionem ut ipsa non amplius deesset, per novem fere annos etsi temporum flagitiis inimicorumque iniuria vexatus, non sine industria ac labore congessi, donec Patroni mei Munificentissimi amore ac benevolentia adquiescens, eam demum typothetis mihi tradere licuit. Monumentorum igitur epigraphicorum, adhuc Pompeis repertorum, omnia quae extant hoc volumine continentur, quod tres in partes dispescitur. Habet in prima oscas inscriptiones ex fontibus genuinis descriptas atque brevissimis explicationibus instructas, quas iam multi edidere, et operae pretium erit haud praeterire silentio celeberrimos viros Avellinium, Grotefendium, Lepsium, amicissimumque meum Mommsenium, quibus maxima ex parte titulorum explanatio absoluta est. Sed quia in re tam difficili et obscura quidlibet adnotandum, refutandum, vel recensendum datum semper cuique fuit, libris eorum exploratis, titulisque adiectis qui nuper inventi sunt, lapidum lectionibus emendatis, et qua potui diligentia rationibus paleographicis originali magnitudine servatis, hanc novam editionem paravi, quae si me non fallit animus, nec inutilis nec contemnenda erit.

Parte altera continentur graecae inscriptiones; in tertia latinae, quatuor sectionibus distinctae, idest tituli lapidei, tituli parietibus depicti, extemporales sive otii consumendi gratia tenuioribus characteribus tectorio exarati, qui maximi momenti sunt, quia pompeianarum rerum privatarum, sermonis populariter adhibiti, et communis prolationis permulta patefaciunt. Harum vero numerus quamquam Hamiltonio, Martinio, Swinburnio et Munterio innotesceret, et Christoph. Theoph. de Murr in libro anno 1792 Norimbergae edito eas evulgaverit, attamen usque ad Wordsworthum et Massmannum, qui multas illarum publici iuris fecerunt, nemo collegerat, nec dum tempus erat a parietibus expresserat, ita ut nonnullae aut intemperie ac vetustate evanidae, aut parietibus simul collapsae, haud amplius legi possunt. Proximioribus tandem temporibus doctissimi viri Avellinius, Minervinius, et Garruccius eas, quae luculenter Pompeis inveniebantur, servarunt, typisque mandantes non exiguam litteris utilitatem attulerunt. Amplectitur sectio quarta inscriptiones quae leguntur operibus tessellatis, tegulis, vasis, lucernis, signaculis aereis, omnibusque domesticis instrumentis, quibus multas ineditas, praecipuis paleographiae signis confectas, adieci et suo ex loco fideliter exscripsi.

Hic vero memorare iuvat acta diurna pompeianarum effossionum multum utilitate antecellere et praestantia libros omnes quotquot extant, nam illa omnes fere continent titulos insculptos vel pictos, quae cum anno 1850 in lucem proferre instituissem, nunc schedarum quae supersunt Raph. Amiconis, qui plus triginta annos illarum effossionum curam habuit, editionem inchoavi.

Haec dum scribebam, opere absoluto, allatus est mihi liber virorum illustrium Aufrechti et Kuhni, *Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung auf dem Gebiete des Deutschen Griechischen und Lateinischen,* in quo de titu-

lo pompeiano quem tabula prima delineavi, leguntur quae hic extra ordinem adiungam, ne arguar levitatis culpa (cf. tom. II, pag. 55-57).

Multa nova sunt in lapide quae animadvertenda existimantur: verbum siuttiis habet i praepositum u vocali, ut de aliis vocibus dictum est in tom. I, pag. 87, atque ex voce aídilis, quae tertiae declinationis nominativus pluralis est, coniicitur hunc casum, ut in latina et umbrica lingua solet, simplici vocis productione deductum, s adiuncto. Accusativus singularis feminini generis dicitur ekak pro ekam-k, et verbum tertiae personae pluralis, praeteriti temporis, agnoscitur teremnattens, uti uupsens et prúfattens, cuius formae numeri singularis sunt prúfatted et úpsed. Sed hic nonnullae difficultates occurrunt circa formationem praeteriti primae coniugationis, nam si in aamanaffed et aíkdafed, quae ad hoc tempus pertinent, f conspicitur cum radice cognatum, non ita cernitur in prúfatted, prúfattens, teremnattens, nec in tríbarakattíns et tríbarakattuset, quibus duplex t, quod autem deest in úpsed, úpsens, prúffed, temporis formam designare videtur; attamen nihil de hoc dicere fas est, quod plane cum ratione exemplorum conveniat. Duobus t scribitur púnttram, quod verbum *portam* denotasse, magis ex loco effossionis, quam etymi caussa intelligitur. Item nota digna visa sunt teremnatust pro teremnatu-ëst, et perek quod longitudinali mensurae, veluti umbrica perka Tabularum Eugubinarum, tribuitur. Ad ablativum casum, quamquam d finali careat, verbum íussu referendum censetur, atque inter accusativos verba vía púmpaiiana, kaíla, vía iúviia, et ekass víass, quibus s ab ns procedit, ut est ais in verborum desinentiis, confirmantur; nec origo adiectivi dekkviarím, in qua forma accusativus singularis agnoscitur, ab alio nomine quam a substantivo dekvia repetenda est, et verba medikeís púmpaiianeís modificari

sercvkid imaden affirmatur, quae autem ablativi casus putantur, praeter syllabam en, quae in voce imaden praepositionis encliticae locum habet. Lapis igitur ita latine explicatur: ... *Suttius M. f. N. Pontius .... f. aediles, hanc viam terminaverunt ante portam stabianam. Via terminata est perticis .... Iussu viam pompeianam terminaverunt perticis* (?) III *ante cellam* (?) *Iovis Meilichii. Has vias et viam ioviam et decialem meddicis pompeiani in .... fecerunt, iussu aediles probaverunt.*

Eodem tempore publici iuris factum est in n. 55 *Bullett. arch. nap* nv. sr. commentarium cl. Minervinii de horologio solario, cuius titulum protuli in tab. v, n. 3. Quas auctor de singulis verbis adnotationes non minus docte quam ingeniose conscripsit, confer in tom. III, pag. 36-39, et de horologii inventione, quod aeneo gnomone instructum verbis anonimi auctoris Compendii Architecturae illustratur (cf. VITRUV., tom. III, pag. XXXIII Marini), lege in pag. 34-35 eiusdem libri, quem nunquam satis potero laudare.

Ex pompeianis inscriptionibus illud aeneum fragmentum reieci, quod Avellinio (*Bull. arch. nap.* tom. IV, tab. I, n. 7; tom. VI, pag. 90) et Mommsenio (*Unter. Dialekte* pag. 184, tab. X, n. 27) editum, inter titulos samniticos reputandum censui. Ex his praecipue inscriptionibus colliges, conventum Pompeianorum nomen reipublicae tulisse, vereiiaí púmpaiianaí, et meddices tuticos habuisse, qui, ut in aliis oscis civitatibus, belli alternatim imperium, et domi summam rerum tenebant, qui tamen a meddís degetasis aragetud multas, quem lapide nolano legimus (MOMMSEN, *Unter. Dialekte* pag. 178, tab. VIII, n. 16), diversi sunt. Quaestores autem, quibus publicam pecuniam conquirendi populique iussu accipiendi vel expendendi erat facultas, incriptionibus his etiam nominantur, et ex populi tribus unius decreto (si talia sunt nomina vocibus kúmbennieís et (tri) mparakineís adumbrata) aedificia facienda aut perficienda curare videntur. Pro-

dierunt etiam ab ipsis titulis nomina aedilium, et appellationes viarum atque aedificiorum publicorum, uti forum versarínu dictum, passtata idest porticus prope theatrum, trííbús in qua tribus publicis negotiis perpendendis conveniebat, porta stabiana, púnttram stafianam, vía púmpaiiana, vía iúvia, devium meddicis pompeiani, dekkviarím medíkeís púmpaiianeís, turris duodecima, tiurrí XII, cella Iovis Meilichii, kaíla iúveís meelíkiieís: innotuerunt quoque cultus deae Florae, fluusaí, sub cuius tutela domus fuit quaestoris Mai Purii, et nomina dominorum figlinarum servorumque eorum, et permulta bonorum virorum dignorumque reipublicae, qui ad quatuorviratum iuri dicundo designabantur.

Haec sunt quae singillatim hisce titulis leguntur, in quibus repraesentandis studui eorum rationem et naturam legentibus veluti ante oculos ponere, ut ipsa ectypa quasi inspicere valerent.

Scripsi Neapoli die XXX m. Decembris MDCCCLIV.

SECTIO PRIMA

TITVLI LAPIDIBVS INSCVLPTI.

I.



M. Suttius M. (f.) N. Pontius M. (f.)
aediles hanc viam termina-
verunt ante portam stabi-
anam. via terminata est perticis
x. iidem viam pompeianam ter-
minaverunt perticis III ante cel-
lam iovis meilichii. has vi-
as et viam ioviam et devium
meddicis pompeiani
ex silice nova fecerunt, ii-
dem aediles probaverunt.

Extat Pompeis prope portam Stabianam, inventus anno 1851 duodecimo die mensis augusti [1]. Ediderunt in primis clarissimi viri Garruccius (*Intorno ad una iscriz. osca rec. scav. in Pompei* Nap. 1851, pagg. 18; *Bullett. arch. nap.* nv. sr. 1852, pag. 81;

1) Eodem anno Guilielmus Bechius architectus, qui olim ipsis effossionibus instabat, die 16 mensis septembris, de porta Stabiana cum Regali Academia Herculanensi ita locutus est, ut aliquid de constructione et monumenti mensura nosceretur.

» Scavandosi sopra una porta della città vicinante i teatri, e volta tra Stabia e Nocera, in una lastra di travertino piantata in terra incontro ad essa porta, alla distanza di palmi 30 è comparsa una iscrizione osca, che ad unanime parere dei dotti accademici che la hanno interpetrata, dichiara esser quella appunto la porta di Stabia. Questo scavo ci può somministrare i più certi argomenti per determinare molti particolari della postura di questa antica città, poichè stabilisce il pendio col quale scendeva alle sponde del mare, e potrà di-

Quest. pompeiane pag. xv), Minervinius (*Interpret. di una epigr. osca* Nap. 1851, pagg. 19), Quaranta (*Intorno ad un'osca iscriz.* Nap. 1851, pagg. 82), deinde Aufrecht et Henzenius (*Bull. dell' Inst.* 1852, pagg. 87, 158), viditque Ventrupius (*Bull. del-*

latandosi chiarire un dubbio, che finora ha tenuto sospeso il giudizio di tutti gli antiquarii, se cioè Pompei fosse cinta di mura da quel lato che vicinava col mare. Ho potuto anche mediante questo scavo calcolare, che il livello della strada che passa sotto questa porta, è sottoposto a quello della via che entra nella porta di Ercolano (uno dei punti più culminanti di questa città) di oltre i 55 palmi. Ho pure potuto stabilire un paragone fra questa porta che ora si scava, e le altre due che già si sono intieramente scoperte, paragone che mi ha dato questo risultamento. La porta di Ercolano è larga palmi 16 e $\frac{25}{100}$, quella di Nola palmi 12 e $\frac{10}{100}$, questa di Stabia palmi 14 e $\frac{70}{100}$, cioè più stretta di un palmo e $\frac{55}{100}$ di quella di Ercolano, e più larga di palmi 2 e $\frac{60}{100}$ di quella di Nola. Quanto alle altezze, quella di Ercolano non avendo traccia della imposta dell'arco che la copriva non può stabilir paragone: quella di Nola essendo poi alta palmi 19 e $\frac{60}{100}$, e questa di Stabia palmi 20 $\frac{25}{100}$ si trova di circa un palmo più alta di quella di Nola: insomma questa porta che si dissotterra, sebbene di un poco più stretta di quella di Ercolano, trovasi più larga e più alta di quella di Nola, paragone che la qualifica come una delle porte principali di questa antica città. Ho chiaramente potuto vedere come i muri, che cingono la città verso questa porta di Stabia, siano doppii, uno esterno verso il pomerio della città, e l'altro interno verso la città istessa: che questi doppii muri sostengono un terrapieno, *agger*, che è fra di loro racchiuso, appunto come consiglia Vitruvio (lib. I, cap. 3), acciò queste muraglie potessero in tempo di assedio resistere all'urto degli arieti e delle altre macchine di guerra. Questo *agger*, o terrapieno è largo alla dritta dell' uomo che entra in questa porta 5 palmi e $\frac{5}{10}$, ed alla sinistra 3 palmi e $\frac{5}{10}$, ed i quattro muri che lo sostengono hanno fra $\frac{5}{10}$ e 2 palmi di larghezza, di modo che questi baluardi sono larghi, uno oltre gli 8 palmi, l'altro oltre i 10 palmi, larghezza più che sufficiente al passaggio di due uomini armati che s'incontrino di fronte, come insegna lo stesso Vitruvio. Si è pure alla dritta dell'uomo che entra in questa porta scavata la scala che saliva ai baluardi, di larghezza palmi 8 $\frac{65}{100}$ composta di 9 scalini e di un piano inclinato, e della medesima costruzione delle mura. I muri di cinta di questa città non hanno generalmente questo terrapieno, che solo impiegavasi forse dai Pompeiani in quei luoghi che erano più accessibili alle offese degli assedianti. Questi muri sono di antichissima costruzione, somigliante a quella di un'epoca molto vicina alle costruzioni pelasgiche e ciclopee. Il modo con cui son costruiti, detto *isodomon* dai Greci (VITRUV., lib. II, cap. 8), è composto di file di pietre rettangolari sovrapposte l'una sull'altra, ed uguali l'una all'altra di altezza, che si sostengono per la loro mole senza bisogno di aiuto di cemento. Queste file di pietre sono nei nostri muri alte tutte egualmente circa 3 palmi, e le più grandi hanno 3 in 4 palmi di lunghezza sopra circa 2 palmi di spessezza. Simili di qualità e costruzione a quelle delle quali son composti i muri vicinanti colla porta di Ercolano, sono fatti di quel travertino, che dicesi pietra di Sarno. Da tutto ciò può congetturarsi, queste muraglie appartenere alle costruzioni primitive di questa città, ed esser coetanee del tempio dorico e del bidentale che stanno nel portico dei teatri, cioè dell'età osca della nostra Pompei. In conferma di questa congettura la iscrizione osca, che si è trovata nell'angolo a sinistra dell'ingresso di questa città, mostra chiara la eguaglianza dell'età di questi due monumenti. La porta, che si vede incassata in questi muri, è di una co-

l'Inst. 1852, pag. 160), qui aliquam litterarum varietatem in alienis apographis recognovit [2]. Sed postquam diligenter lapidem contuli, sic mihi visum est legere, ut superius orthographiam et sonos praebui [3].

Pauca de interpretatione dicenda, quia nonnulla ex aliis inscriptionibus explicantur. Nomina magistratuum primus versus continet [4], qui in secundo et postremo dicuntur *aídilis*, et hoc vero monemus quod non alia pluralis nominativi exempla eius-

struzione di molti secoli più recente, poichè appartiene all'epoca romana ed al genere detto da Vitruvio *opus incertum*, perchè composto d' irregolari blocchi di pietra con cemento, ed è un'opera non anteriore alla vittoria di Silla, o forse anche costruita dopo il terremoto, che aveva tanto danneggiato questa città della Campania 16 anni prima della sua totale distruzione. I muri di questa porta erano rivestiti, come quelli della porta di Ercolano, di uno stucco bianco lavorato a bugne, e l'arco della sua volta si è trovato in rottami rovinato nella strada sottoposta. Questa strada è larga palmi 19 e $\frac{7}{10}$, ed ha una singolarità che la distingue da tutte le altre vie di Pompei, e questa si è di avere il marciapiede da un solo lato, cioè da quello che sta alla dritta dell'uomo che entra per questa porta nella città. Il marciapiede o *margo* è largo oltre i 7 palmi, l'*agger* o parte rotabile, lastricata di lava nel modo medesimo di tutte le altre vie pompeiane, è a somiglianza di quelle profondamente solcato dal transito dei carri, ed è largo oltre i 12 palmi ». Quare confer quod dixi de situ et sepulcreto eiusdem portae Stabianae in *Giornale degli Scavi di Pompei* tom. I, par. II, pag. XXI-XXIV.

2) Hae sunt varietates lectionis Ventrupianae: vs. 3 incerta est syllaba PÚN, quia non solum 8 pro P aspicitur, sed etiam deest punctum in osco U, et in N littera manet unica lineola; vs. 4 verbum STAFIANAM punctum habet; vs. 6 patet Í in KAÍLA, quod Quaranta negavit; vs. 7 quadratarii incuriae lineola prope L in voce MEELÍKIIEÍS et punctum iuxta DEKK ab auctore adscribitur.

3) Vs. 1 initialem Garruccius putavit A vel P (pag. 2-4), sed emendavit M, et *Maius*, *Minius*, aut *Minatius* interpretatus est in *Bull.* pag. 82-83, quod retinuit in *Quest.* pag. XVI, uti recte primus ante alios fecerat Minervinius (pag. 4), contra quem Quaranta, qui valde incertam hanc litteram existimavit, A restituit (pag. 3): postremam autem Garruccius M (pag. 7), Minervinius N (pag. 4), ac Quaranta P (pag. 7) dixere. Item vs. 5 in littera prima quamquam X omnes vidissent, cum diu multumque investigassem, nihil certi reperi unde X vel K dici possit; verumtamen cum ex vestigiis scripturae X feliciter concinnatum mihi videretur, illud exhibui ut primis editoribus apparuit. Desinit in litteram evanidam vs. 6, quam Garruccius Í (pag. 12) et Minervinius V scripsere (pag. 12): sed hoc non vidit Quaranta (pag. 36), qui verbum KALA quod apud Lucilium invenit (SERV., ad *Aeneid.* lib. VI, vs. 1, tom. I, pag. 349 Lion) oscum putavit fecitque, sed Í restituendum arbitror ex lineola obliqua quae superest, et angustioris loci caussa. Denique unam vocem esse SEREVKIDIMADEN dicit Garruccius (pag. 16) quae legitur in vs. 10, et sequenti UUPSENS iungitur a Minervinio, qui versus intercidit in SE·REVKIDIMA·DENUUPSENS (pag. 15), quod omne a Quaranta factum est SEREV·KIDIMADEN (pag. 50). Ipsi vero non viderunt punctum quod est in lapide, a quo verba SEREVKID et IMADEN mihi seiuncta videntur.

4) Inter oscorum nomina haec duo amandamus SIUTTIIS et PÚNTIIS, quorum primum in SVETTIVS vel SITTIVS, ut lucu-

dem declinationis habentur [5], nisi *meddis* ex inscriptione nolana nunc Reg. Mus. Borbonico adservata (MOMMSEN, *Unteritalisch. Dialekte* pag. 178, tav. VIII, n. 15), quae vox etiam nominativus singularis est in lapide herculanensi (MOMMSEN, o. c. pag. 179, tav. x, n. 18 b) et aliis, ubi pro Graecorum ξ duplex *s* adhibitum puto. Latet accusativus in verbis *ekak viam* [6], et *teremnattens*, quod verbum indicativi modi, praeteriti temporis et tertiae personae pluralis apparet, haec alia sequuntur, quae sunt locutionis regimen, *ant púnttram stafianam* [7]. Nominativus singularis *viu* initium alterae locutionis designat, idque probat verbum *teremnatust* passivae formae, cum quo auxiliario (*i*)*st* participium *teremnatu* coniungitur [8]: itaque *per* litterae, quas vs. 6

lenter pompeiani tituli ostendunt (AVELLINO, *Opusc.* tom. II, pag. 191, 221; *Bull. arch. nap.* tom. I, pag. 10, 19; tom. II, pag. 7, 86), Minervinius et Quaranta vertunt (pag. 3), sed ego SVTTIVS reddidi a similitudine verborum NIUMSIS, NIUMERIIS, TIURRÍ, quibus recte respondent NVMESIVS, NVMERIVS, TVRRIM: nomen alterum PONTIVS legimus, quia U puncto notatum O latinum valet (GROTEFEND, *Rud. linguae oscae* pag. 26; LEPSIUS, *Inscr. umbr. et oscae* pag. 140; MOMMSEN, *Unter. Dial.* pag. 207 s.).

5) Animadvertendum est quod *is* pro *es* usurpatur etiam in accusativo plurali tertiae declinationis latinorum, ut *ad auris* ex Attio (v. 449, pag. 164 Ribbeck), *aedis* et *navis* pro *aedes* et *naves* Festo accipimus (lib. XIX, pag. 332 Müller). Imo in *is* desinere vult Priscianus accusativum omnium nominum, quae singulari tam nominativum quam genitivum similem habent (lib. VII, cap. 13), quod vero ἀρχαϊσμὸς dicitur, quia ex ablativo singulari *i* nominativus pluralis *is* deducitur. Quare permultis exemplis docet Varro antiquiores Romanos *is* et *eis* nominativum multitudinis fecisse, ut *omnis* (*De ling. lat.* lib. V, § 143, lib. VII, § 74, 105), et *omneis* (lib. V. § 65, lib. VI, § 2), *parteis* (lib. V, § 21, 56), *simileis* (lib. IX, § 43), *umboneis* (lib. V, § 115), *disparilis* (lib. VIII, § 67), *maris* (lib. IX, § 62), *lentis* (lib. IX, § 34), *mediocreis* (lib. V, § 5), *novendialis* (lib. VI, § 26), *auris* (lib. VI, § 83), *muliebris* (lib. IX, § 40) et similia quod et lapides confirmant, et Varro ipse suo tempore usitatum monet (lib. VIII, § 66).

6) Saltem mihi dubitandum videtur verum sit necne quod de voce EKAK disseruit Quaranta, qui dum eam putavit accusativum singularem et *hanc* vertit, cum latino *hic haec hoc*, *ekik ekak ekok* restituit (pag. 8). Nam quidquid de *ekok* ignotum excogitari possit, certum est EKIK accusativum esse et neutrum in lapide Novii Vesulliaei (MOMMS., *Unter. Dial.* pag. 171, tab. VIII, n. 5), et EKAK simili feminini generis casu acceptum discimus ex inscriptionibus pompeianis Adirani et Popidii (cf. MINERV., o. c. pag. 6-7), ut sane demonstrant VÍAM quod EKAK innititur, et EKASS VÍASS quae leguntur vs. 7-8.

7) Qua ratione Minervinius ad sequentem locutionem transtulerit ANT·PÚNTTRAM·STAFIANAM non legimus, sed rectius cum praecedentibus convenire videtur, quippe complementum locutionis est, ut maxime apparet ex aliis ANT·KAÍLA·IÚVEÍS·MEELÍKIIEÍS, quae inferius scripta sunt.

8) Auctore Mommsenio (*Unter. Dial.* pag. 227, 260) nominativum feci primae declinationis VIÚ, ad exemplar VITELIÚ quod nummis samniticis bilinguibus ITALIA vulgatum est (FRIEDLAENDER, *Osk. Munzen* pag. 75 s., tav. IX, X); hoc vero haud persuasit Quaranta, qui alicuius nominativi *vium*, ob similitudinem verborum *pervium*, *trivium*,

perek legimus, non aliter constructionis rationi respondent, quam si ad *perekais*, quod ablativus est, nomen referantur: quamobrem insequentis locutionis subiectum existimo incertam vocem *iussu*, quam nominativo plurali *aidilis* in vs. **11** adiectam et cum verbo *prúfattens* constructam cernimus, cum etiam accusativi singulares sint verba reliqua *vía púmpaiiana*, et regimen indirectum alia *perek* III *ant kaila iúveis meelikiieis*, quibus prior pars tituli finem habet. Denique ab ipsis inflexionibus discimus accusativos esse *ekass vías*, *vía iúviia*, et *dekkviarím*, quem singularis genitivus comitatur *medíkeis púmpaiianeís* [9], quos *íní* particula connectit; nec aliter agnoscimus verbum *uupsens*, cuius subiectum arbitror *iussu*, nam huic ufficio profecto repugnant *serevkid* casus localis atque *imaden* adiectivus eiusdem casus.

Cum aliquam mensuram longitudinalem interpretes *perek*(*ú*) denotare vidissent, *pertica* vel *pedes* reddere conati sunt, sed Garruccius tuetur *pertica*[10], qui litteras oscas PD pro *pedes* in

quadrivium, *bivium*, *dubium*, VIÚ quod legitur vs. 4 genitivum putavit (pag. 16) improbabili iudicio, nam quantum ab his verbis distet *viu* neminem fugit, cum ex duobus genitivis conlatis, quos inter *viarum* per syncopen *vium* factum est, nimis aperte haec verba constare videantur. Et nescio quidem cur TEREMNATUST pro *terminus stat* interpretaverit, postquam eiusdem formae nominis exemplaque retulerit, ubi in litteris ST antiqua simplicitate auxiliarium adumbratum est (pag. 16), ut praeter plautina et terentiana verba ab his aliis tragicorum latinorum, scilicet Naevii *opust* (v. 65, pag. 12 Ribbeck), Ennii *institutumst* (v. 185, pag. 33), Pacuvii *enatumst* (v. 285, pag. 95), *factust* (v. 375, p. 106), *sist* (v. 421, pag. 112), Attii *exanguest* (v. 56, pag. 120), *inperiost* (v. 174, pag. 133), *nullust* (v. 418, pag. 160), atque incertorum auctorum *nanctust* (v. 109, pag. 213), *religiosumst* (v. 148, pag. 219), *virtust* (v. 197, pag. 226) ceterisque colligitur. Minus etiam recte auctor ipse de eadem voce VÍÚ in sequenti pagella, ubi hanc formam *viam* reddidit, et paullo post ad oscum VIA retulit (pag. 34): quam vero discrepantiam adnotavi, ut de nonnullis quibus liber scatet habeas exemplum.

9) Inter nominativos plurales adscripta sunt verba MEDÍKEIS PÚMPAIIANEÍS a Garruccio (pag. 15) et Minervinio (pag. 14), quorum cum Henzenius, qui Aufrechti sententiam adduxit, severiori lege gramaticae interpretationem reprehendisset (pag. 90), suam emendavit Garruccius (*Bull.* pag. 84), prout fideliter et ad rectam tituli rationem magis accomodatam censebat. Interdum Quaranta haec verba seiunxit, et primum in nominativo, alterum dativo casu relegavit (pag. 47), quod italicorum dialectorum peritis quam supervacanea et ingravescens opera fuerit contendere, constabit, si ex ipsis duabus vocibus, quae non possunt alio consilio esse apposita, accusativum DEKKVIARIM modificatum, et absque ulla mutatione verborum universum locum plane explicatum vidissent.

10) Discrimen quod inter *pedes* et *perticam* intercedit, cum per se patet ob litterarum formam et propter syncopen litterae E in monogrammate PD, quae a cl. Cavedonio nummorum gentis Quinctiae (RICCIO, tav.

pariete pompeiana exaratas invenit (*Bull. arch. nap.* 1852, pag. 83). Vox *iussu*, quae pro nominativo plurali pronominis minus quam finitae formae habetur, a cl. Kirchhoff *iidem* vulgata est (*Bull. dell' Inst.* 1852, pag. 89), non solum propter adfinitatem pronominum oscorum et latinorum, sed quia hoc sensus exigit[11]. Enimvero si *su*, quae syllabica adiectio est veluti *pse* et *ce*, abscindas, et *ius* quod restat cum genitivo *eius* comparaveris, idem factum invenies quod de genitivo *pieis* et nominativo *queis*, nam pronomina quae iuxta secundam nominum declinantur, nominativum multitudinis et genitivum singularem similes habent: itaque *is(i)dum*, quod pronomen figurae compositae patet esse *iidem*, vocale *i* inter consonantes adiuncta ob rationem soni, in plurali *iusdum* vel *ius(i)dum* fecisse suspicor, quia *is(su)* nominativum singularem esse puto, et *dum* paragogicum latinae adiectionis *dem* tenere locum. Alii vero aiunt

XL, n. 2) exemplo probatur (*Bull. arch. nap.* nv. sr. 1853, pag. 93), tum clarum fit ipsorum verborum significatione; nam ita legimus apud Balbum in libro de expositione et ratione mensurarum: *decempeda, quae eadem pertica appellatur, habet pedes X* (*Gromat. vet.* pag. 95 Rudorff); quare rectissime mihi quod Garruccius de interpretatione huius vocis contendit, dictum videtur, illumque etiam secuti sunt Henzenius et Aufrecht, qui oscum *perek* (*ú*) cum voce *perca* Tabularum Eugubinarum (*Umbrisch. Sprach.* tav. VI a, vs. 19; tav. VI b, vs. 49-51, 63; tav. VII a, vs. 46, 51; cf. tav. VI b, vs. 53) comparavit.

[11] Hoc quoque verbum ita Garruccius explicandum censuit « Sapevamo finora che il decreto traducevasi in osco *tanginud*, per più esempi di riscontro col latino fraseggio epigrafico; ora due volte incontriamo *iussu*, e così da se e senza veruna aggiunta di chi desse ordine siffatto. Pare quindi che non debba intendersi il decreto dei decurioni, ma l' ordine del magistrato, dal quale emanavano i regolamenti per gli officiali inferiori » (pag. 11). At cum denuo lapidem edidisset, hoc modo suam explicationem emendavit: « . . . . il *iussu* della linea 4, o *iussu* della 9 e 10, che io interpetrava *suo iussu*, or mi sembra esser ben altra cosa. Al quale cangiamento di opinione non può aver certo influito il parere del signor Kirchhoff, nè l' autorità altrui, più di una potentissima ragione, che mi fa avveduto essere la *i* del *iussu* vocale, onde non posso affatto paragonarlo col *iussu* latino, d'indole e di radice al tutto diverso. Io prendo adunque il *iussu* come pronome dimostrativo plurale *eusu*, che tolta l'enclitica *u* proveniente forse da un *um*, che così intero apparisce nel latino antico in *Sed-um*, in *Ger-um*, in *Donec-um*, mi rimane *ius*, facile al paragone dei plurali in *ús*, come *pús* (*queis*, *ques*, *quei*), onde i latini antichi *eis*, *ei*, e poscia *ii*. Nè può far difficoltà la mancanza del punto nel primo U, perocchè può essere stato omesso in questa lapida, ove è tralasciato altresì in *uupsens* ed in *viu* » (*Bull. arch. nap.* 1852, pag. 82).

Eiusdem vocis *iussu* diversas interpretationes protulerunt Minervinius, qui eam retinuit pro *iussu*, idest *comando del pompeiano senato* (pag. 12), et Quaranta a quo latine *ipsus* vel *ipsi* facta est (pag. 31).


pronomina *issus* et *issulus* ab *ipsus* derivata fuisse, et antiquitus *ius* ex *i* et terminatione *us* confectum, deinde per syncopen *is* scriptum, cuius forsitan genitivi formam *eiius* dedit Priscianus: sed verba *issus* et *is(su)* comparando, prorsus similia esse et ab osco *is(su)* latinum *issus* ortum, plane videbis.

Qui de significatione verbi *kaíla* hariolantes *cellam* latine verterunt, non absunt quidem a vero, quippe diphthongi usus non insolitus est in derivatis a verbo *celare*, nec consonantes ante Ennium geminabantur, ut de voce *terra*, quae in libris Augurum uno *r* scribebatur, docet Varro (*De ling. lat.* lib. v, § 21), neque discrepat a mentione Iovis sacrarii, qui Graecorum more *meilichius* sive pacificus appellatus est. At contra nihil pro certo affirmare ausus sum de adiectivo *dekkviarím*, quem si cum latina voce *deviare* comparaveris, *devium* quod non solum de personis sed etiam de rebus locisque dictum est, habebis, ut *devia* absolute pro viis a recto tramite aberrantibus usurpatum est in libro III Argonauticorum vs. 49; quod forsitan in lapide *dekkviarím* denotavit, veluti via quae a cursu ioviae deflectens, nomen tulit meddicis pompeiani amplitudinis vel honoris caussa, ut Romae *consulares* et *praetoriae* appellabantur eae quas Graeci βασιλικάς dixere (*Digest.* lib. XLIII, tit. VIII, 2, § 22). Verbum *serevkid* arbitratus sum reddi posse *silici*, quoniam significationem verborum *sectus* et *lectus*, ex quibus factum esse *silex* affirmavit Scaliger (*Exercit.* cap. 108, pag. 171), in voce *se(l)evkid*, litteris *r* et *l* permutatis, cernere est: *imad* vero pro *nova* accepi, nam quae *ima* seu extrema et ultima sunt, *nova* maxime dici queunt. Igitur *serevkid imad* ego *silici nova* vulgavi [12], tituli natura ductus, qui aliquarum viarum curam terminationemque designat.

[12]) Inscriptio olim Nolae attributa, quam Reinesio (cl. II, pag. 256, n. 18) et Orellio (tom. II, pag. 72, n. 3312) repetivit Zell (*Handbuch der röm. Epigr.* tom. I, pag. 159, n. 1367) habet in fine verba NOVO · SILICE · STERN · C, quam Lupoli, cuius fraudibus et impudentia multi decepti sunt, etiam exhibuit (*Iter venusin.* pag. 6): at cl. Mommsenius, cum non vidisset titulum, loco postremi versus fracturam addidit (*Inscription. regni neap. lat.* pag. 58, n. 1127).

II.

1.



**V. Popidius V. (f.) meddix tuticus
porticum hanc faciendam
dedit, idem probavit.**

Quamquam Avellinius litteram D verbi ***prúfattd*** scripsisset R (*Conghiett. sopra un' iscriz. sann.* pag. 24) pariterque fecisset Mommsenius (*Unter. Dial.* tab. x, n. 20, pag. 180), tamen substituendum est D ut in marmore, quod anno 1838 effossum, nunc Regali Museo Borbonico servatur: rectius vero edidit hanc vocem Guarinius (*Mem. della R. Accad. Ercol.* tom. v, pag. 1), qui litteram E sive scalptoris incogitantia omissam, sive auxiliariam subauditam existimavit alterius T: sed omittitur V in apographo quod dedit post verbum ***púpidiis***, et lineola apud I in voce ***isidu***, ac desunt puncta in litteris U verborum ***túv*** et ***úpsan***. Lepsius vero qui non dixit se lapidem vidisse, vocula *sic* deceptus, quae legitur in apographo Avellinii iuxta verbum ***prúfattr***, eandem lectionem firmavit (*Inscr. umbr. et oscae* pag. xii-xiii); animadvertit quoque deesse punctum in littera U vocis ***púpidiis*** et lineolam prioris I in voce ***isidu***, quas quadratarii incuriae omissiones adscripsit; quod autem neque ita est, nec puncta vel lineolae absunt, ut in apographo quod ex marmore dedi in tab. ii, n. 1.

Verbum ***passtata***, quod latine *parastatam* sive *pilam* reddiderim, si aliquo in columnario titulus repertus fuisset [13], a

[13] Tabulas vel trabes arrectarias quibus in catapultarum et scorpionum machinatione affigebantur transversariae Vitruvius dixit *parastatae*, a Graecorum παραστάται, quas distinxit in extremas et medianas, quae ab Herone μεσοστάται idest in medio stantes appellatae sunt (lib. x, cap. 13, tom. ii, pag. 321 Marini). Alter est locus Vitruvii ubi *parastatae* dicuntur pilae, *quae sustinent trabes in quibus invehuntur porticum contignationes*, quae post columnas collocatae seu columnis coniunctae erant in parte postica (lib. v, cap. 2, tom. i, pag. 258); in tertio vero *parastaticas* nominat cum columnis ubi horae describebantur (lib. ix, cap. 8, tom. ii, pag. 255), quod verbum ita scriptum relinquere codicum consensus et veterum auctorum exempla suadent. Vox eadem substantive usurpata est in Plinio, *aureae camerae et*

Iannellio factum est *hortum* sive viridarium Veneri et Isidi sacrum (*Vet. Osc. inscr.* pag. 84), quod Guarinio explicatur *collapsam* et Mommsenio dicitur *porticum* [14]. Sed verisimillimum Mommsenii iudicium locus effossionis demonstrat, quoniam inter

argenteae trabes narrantur et columnae atque parastaticae (lib. xxxiii, cap. 15), ut in notis quae Tironi adscribuntur, quibus inter partes et materias aedificiorum cum columna iungitur *parastatica* (pag. 163), veluti legitur in inscriptione aegyptiaca inter Syenen et Philas reperta: NOVAE · LAPICAEDINAE · ADINVENTAE · TRACTAEQVE · SVNT · PARASTATICAE · ET · COLVMNAE · GRANDES · ET · MVLTAE (ORELLIVS, *Inscr. lat.* tom. i, pag. 268, n. 1243). Quare auspicari possumus non aliud esse *parastatae* et *parastaticae*, nisi pilas quadratas aut lapides pilarum modo adstantes columnarum lateribus, quae vulgo *pilastri* dicuntur (cf. VITRUV., lib. iv, cap. 2, tom. i, pag. 199).

Aliam de parastaticis mentionem invenimus in epigraphe bis Orellio edita (*Inscr. lat.* tom. i, pag. 308, n. 1596; tom. i, pag. 438, n. 2518), qui male de imaginibus parastaticis sensisse videtur, nam quod de ornamentis et regulis et de ferrea concameratione ibi dicitur, non ad imagines argenteas sed ad pilas sive parastatas referre debetur (cf. AVELLINO, *Descr. di una casa pomp. con capit. fig.* pag. 33-35); quam vocem ad explicandam Isidorus locum tulit deperditum Catonis, quo legebatur *malum deligatum parastatae vinctae* (*Orig.* lib. xix., cap. 2), quem locum confer cum alio Vegetii ubi *parastatae* dicuntur duo ossa genuum equorum, quae ipsi habent ab utroque latere (lib. vi, cap. 1, 2).

14) Praeclarus locus Vitruvii est qui oscam vocem *p a s s t a t a* explicat, Mommseniique confirmat sententiam. Ita enim legimus in capite septimo libri sexti, quo de aedificiorum urbanorum partibus graeco more extruendis disseritur: *Deinde est introitus in peristylium: id peristylium in tribus partibus habet porticus, inque parte, quae spectat ad meridiem, duas antas inter se spatio amplo distantes, in quibus trabes invehuntur; et quantum inter antas distat, ex eo tertia dempta, spatium datur introrsus: hic locus apud nonnullos* προστὰς, *apud alios* παραστὰς *nominatur. In his locis introrsus constituuntur oeci magni, in quibus matres familiarum cum lanificis habent sessionem. In prostadis autem dextra ac sinistra cubicula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur* (tom. ii, pag. 37-38); quae nomina προστὰς sive παραστὰς vestibulum indicare videntur, quod ad magnos oecos ducebat, quoniam forsitan erat ἐν παραστάσι, scilicet antas habebat, ut graece de aliquis sacris aedibus dicebatur (VITRUV., lib. iii, cap. 2, tom. i, pag. 135).

Extat apud Athenaeum descriptio mirificae navis, quae Ptolemaeo Philopatore extructa, ut in Nilo fluvio navigaret, *Thalamegus* idest *thalamum vehens* vocabatur, ubi haec adnotanda sunt: πρώτη δ' εἰσιόντι κατὰ πρύμναν ἐπέτακτο προστὰς, ἐξ ἐναντίου μὲν ἀναπεπταμένη, κύκλῳ δὲ περίπτερος; et paucis post versibus: πάλιν ὁμοίως κατὰ μὲν τὴν μέσην πλευρὰν προστὰς ἑτέρα παρέκειτο ὄπισθεν, καὶ τετράθυρος ἔφερεν εἰς αὐτὴν πυλών. ἐξ ἀριστερῶν δὲ καὶ δεξιῶν θυρίδες ὑπέκειντο, εὐάειαν παρέχουσαι. Συνῆπτο δὲ τούτοις ὁ μέγιστος οἶκος· περίπτερος δ' ἦν, εἴκοσι κλίνας ἐπιδεχόμενος (lib. v, cap. 38, tom. ii, pag. 289-290 Sch.) Quibus etiam verbis, προστὰς quod παραστὰς est, ut ex loco Vitruvii innotescit, *vestibulum* recte interpretari posse videtur, atque paullo aliter a παραστάδες diverse, quae *pilae* vel ianuarum postes, τῶν θυρῶν παραστάδες, vel antae sunt aut columellae, ut ex eiusdem Athenaei loco, quo coenaculum Ptolemaei Philadelphi describitur, apparet: Διέκειτο δὲ ἐπὶ μὲν τῶν τῆς σκηνῆς παραστάδων ζῷα μαρμάρινα τῶν πρώτων τεχνιτῶν, ἑκατὸν (lib. v, cap. 26, tom. ii, pag. 258). Quare vide Schweighaeuserum in *Animadversiones in Athenaei Deipnosophistar.* tom. iii, pag. 85, 143.

marmorea fragmenta, quae paullo longe a porticibus, in quibus templum puteal ac bidental Numerii Trebii sunt, eruta fuere, hunc lapidem extitisse comperimus ab actis effossionum et a schedis Amiconis, ut ipsemet mihi per litteras tradidit [15]. Igitur ad hanc porticum titulus spectare videtur, quae lapideis columnis instructa locum tenet ubi olim Pompeianorum acropolis fuit [16].

Ad eumdem Vibium Popidium V. filium alia attinet inscriptio, quae die quinto mensis iunii anno **1813** effossa, in loco qui *Porta di Nola* vel *Porta d'Iside* appellatur, nunc deperdita est ac ubi latet ignotum. Primus eam vidit comes de Clarac (*Pomp.* pag. **81**; cf. pag. **84-85**, tab. XIV, n. **77**), atque in relationibus effossionum quae semel per hebdomadem a Petro La Vega architecto missae erant Neapolim ad praefectum Regii Musei, sic ille de ea loquebatur: *si è fatigato ancora alla porta della città che resta alla parte di settentrione, ed a questa all'arco che guarda dalla parte interna, alla chiave dell'arco, si è trovata situata una testa di tufo molto degradata, e dalla parte sinistra di questa vi resta un marmo lungo pal. due alto pal. uno ed un sesto colla seguente iscrizione etrusca o osca* [17]:

ƧIIЯIПVП · Ɔ
ƎVT · ЯƎH
ЯƎ88ЯИAИAЯ
VЯ+Ƨ+
ЯƎTTЯ8VDП

[15] De schedis sive actis pompeianarum effossionum a Raph. Amicone congestis vide Mommsenium in *Inscript. regni neap. lat.* pag. 112. His vero comperimus lapidem effossum die 12 mensis septembris, *nell' ultima abitazione a sinistra della strada dei mercanti, nel raccogliere molti marmi che si trovavano nel cortile di detta casa, la quale* (inscriptio) *è di lunghezza pal.* 1 $\frac{3}{4}$ *per* $\frac{3}{4}$ *di pal.* Nunc in Reg. Mus. Borb. habet num. 805.

[16] Eiusdem gentis Popidiae alter Vibius fuit Epidii filius, qui porticus Basilicae faciendas curavit, ut ex marmore, quod ad porticus circa Forum retulit Mommsenius (*Inscr. regni neap. lat.* pag. 113, n. 2196), quamquam in actis diurnis, vulgo *Giornale degli scavi di Pompei* (24 mart. 1814) ipse etiam legisset: *Alla basilica* (*levandosi terra*) *dalla parte dell'ingresso principale,* (*si è trovato un pezzo di lastra di marmo bianco lungo pal.* 2 *largo* 1 $\frac{2}{5}$ *di lavoro rustico, con uno sguscio dalla parte di sopra colla seguente iscrizione*):

V · POPIDIVS
EP · F · Q ·
PORTICVS
FACIENDAS
COERAVIT

Garruccius, qui Mommsenii sententiam oppugnat, hanc unicam esse affirmat quaestorum pompeianorum memoriam, quae primis deductionis coloniae Sillanae temporibus tribuenda sit (*Quest. pomp.* pag. x).

[17] Animadvertere liceat hoc in apogra-

Egit etiam de eodem lapide Guarinius, qui oscum ÍSÍDU explicavit *idem*, ac tria postrema verba cum latinis comparavit *faciund. curavit idemq. probavit* (*Comment.* XI, pag. 20), quod Avellinio probatum est (*Congh. sopra una iscr. sann.* pag. 25); at omnes fere itinerariorum auctores, Iannellius (*Vet. Osc. inscr.*

pho scriptum esse R pro IS in voce PÚPIDIIS. Addam verba Claracii, quorum altera ad effossionem lapidis pertinent, altera specimen exhibent studiorum linguae oscae ineunte saeculo XIX. « L'inscription que presente cette planche (tab. XIV, n. 77) vient à propos après avoir parlé d'Isis et de son temple, il y est encore question de la Déesse; l'inscription est gravée en beaux caractères sur du marbre blanc, les lettres de la première ligne ont 21 lignes de haut, les autres en ont 18; elle est en osque et rétrograde, ou qui se lit de droite à gauche, comme toutes celles en cette langue; et vient d'être trouvée a côté de la clef de la voûte d'une porte de la ville, nouvellement excavée à Pompei. Quoique la pierre soit cassée, l'inscription est entière, comme le prouvent les lignes qui l'encadrent; et d'ailleurs le sens en est complet; on ne voit pas bien pourquoi une pierre ainsi mutilée a été placée dans un endroit où elle est très en vue, et l'on seroit tenté de croire qu'elle n'a pas été faite pour cette place là: on verra cependant qu'elle a toujours été destinée à cette porte, et ce sont de ces bizzarreries de construction qu'on rencontre souvent dans les monumens de Pompei » (pag. 81). Praenomen Popidii et patris eius dixit C, eandemque litteram vidit in *túv* quod dedit TVC, vocemque *ísídu* scripsit ISIDY et vertit *Caius Popidius Caii filius Meddix tucticus restituit et Isidi consecravit*, hasque vero observationes adiecit: « On est un peu étonné de voir la lettre R faire l'office du D, chez les Osques, mais on ne peut plus en douter d'après plusieurs inscriptions (voy. la *Dissert. isagog.* pag. 47 et suiv.), et cette confusion du D et de l'R s'est maintenue dans le bas napolitain où l'on dit *rieci* pour *dieci*, *capo ranno* pour *capo d'anno*, *maronna* pour *madonna*, et *merico* pour *medico* etc. Quand le latin fut en usage on finit pour prendre pour un R ce que les Osques regardoient comme un D. Le napolitain offre plusieurs singularités très-curieuses pour les étimologistes. J'avois d'abord cru, n'etant pas familiarisé avec l'osque, qu'il s'agissoit dans cette inscription de la restauration du temple d'Isis, par un Popidius, mais j'ai pensé ensuite que ISIDY devoit être un datif, et qu'il étoit difficile de tourner la phrase de manière à l'entendre du temple de la Déesse; et d'ailleurs pourquoi eût-on mis sur cette porte une Inscription qui auroit eu rapport au temple situé loin de là? *L'aamanaphphed* est sans régime comme dans l'inscription du bidental, et comme *restituit* dans les inscriptions latines, et se rapporte à la porte.

L'on ne doutera plus que cette porte ne soit consacrée à Isis sous la protection de la quelle on mettoit, pour ainsi-dire, la ville, lorsqu'on saura que sur la clef de la voûte, à côté de l'inscription, il y a en relief et presqu'en ronde bosse travaillée dans le tuf, une grande tête de femme mutilée, mais d'un beau caractère, et qu'il est aisé de reconnoitre pour une Isis romaine aux longues tresses qui tombent sur ses épaules et viennent sur le devant de sa poitrine; on retrouve dans cette tête le même style que dans celles qui sont placées de la même manière au-dessus des portes de l'amphithéâtre de Capoue. Celles-ci cependant, avec moins de relief ont quelque chose de plus sévère, on a voulu donner de la grace à celle de Pompei, en la tournant un peu et en mettant du mouvement dans la ligne du col; il seroit peut-être mieux que la tête fût placée bien correctement et entièrement de face etc. » (pag. 81-85).

pag. 83) et Grotefendius (*Rud. ling. oscae* pag. 26-27), qui hunc titulum publici iuris fecere, lapidem deae Isidi sacrum et caput muliebre diadematum, quod Veneris Fisicae est, deae Isidi adscribendum censuerunt [18].

2.

ƆVT · ЯƎꟷ · ᗡT · ƧIIBƎᗡT · IИ ЯƎ88ЯИЯꟷЯЯ	**Ni. Trebius Tr. (f.) meddix tuticus faciendum curavit.**

In eo clivo qui viae imminet Nuceriae, ubi scholam et horologium L. Sepunius Sandilianus et M. Herennius Epidianus duoviri fecerunt, prope putealis bidentalisque reliquias epistylium inventum est, quod titulum suprascriptum exhibet (ROSINI, *Dissert. isag.* cap. XIII, § 10, pag. 87, tab. XIX-XX), anno 1796 die quartodecimo mensis mai, nunc in R. Mus. Borb. n. 778.

Primores interpretes qui verbum ***aamanaffed*** vertebant *ambire*, *circumdare*, *septum ponere*, unde *septo conclusit* legimus apud Grotefendium, qui hanc vocem a praepositione ***aa*** et praeterito ***manaffed*** idest *munivit* compositum esse putavit (*Rud. ling. oscae* pag. 25, tab. II, n. 4), punctum non viderunt post ***ni*** nec in littera V vocis ***túv***, neque ***tr*** pro nomine patris Niumerii qui Trebius etiam appellabatur, accepere. Sed tandem lectio a Lepsio (*Inscr. umbr. et oscae* pag. 67, tab. XXIII, n. 12) et Mommsenio firmata est (*Unter. Dial.* pag. 182, tab. X, n. 22), cuius vero novam interpretationem non sequar, dum eam ipsemet Mommsenius reiecisse videtur in explicando ***tanginud*** et ***aamanaffed***, quae leguntur in marmore Avellinio edito (*R. Mus. Borb.* tom. VII, pag. 19): quia non suo iussu sed (***tri***)***mparakineis tanginud*** quaestor opus ignotum perfi-

[18] Ex Claracii apographo haud sine maxima diligentia meum expressi, et protome quam dixi huius libri titulum exornavi. Caput muliebre in arcu portae septentrionalis locatum, ὄμφαλον ἐν ψαλίδι (ARISTOTEL., *De mundo* cap. 6, tom. I, pag. 863 Duval) Isidi deae ut dixi tributum, nullum isiaci cultus symbolum habens, quem Pompeiis tardius adpulisse videtur, postquam scilicet Romae turbatus interpellatusque tandem prorsus invaluit, cum aliquibus numinum protomis comparandum est in arcubus portarum amphitheatri Campani repertis (ALVINO, *L'anfit. camp.* tab. XV).

cere dicit, ut *kúmbennieis tanginud* quaestor Vinicius *triibúm* faciundam locavit, et V. Popidius quaestor haud Basilicae porticus fieri iussit, sed faciundis curam adhibuit. Propter quod liceat mihi paullo a sententia doctissimi viri discedere, et denuo illam in lucem proferre, per quam verbum *aamanaffed* latinae formulae *faciendam curavit* respondere existimetur. Avellinius qui recte huius verbi significationem intellexit, hoc scindit in *aam* vel *am* et *anaffed*, idest in particula *am* quae *circum* denotavit (FESTVS, pag. 4; cf. PAVL. DIAC., *Excerp. vv. amnis* pag. 16, *amtermini* pag. 17, *amsegetes* pag. 21 Müller) et in verbo *anaffed* praeteriti temporis tertiaeque personae singularis, quod ab *ano* vel *anno* deductum eademque voce Graecorum collatum, *facere* indicasse putavit. Quamobrem *amannare* ut *perannare* vel *perennare*, quod etiam invenitur in sacris Annae Perennae (MACROB., *Saturn.* lib. I, cap. 12), pro *faciendum curare* retinuit (*Congh. sopr. un'iscr. sann.* pag. 25).

III.

1.


ƆVTƧƧ⊦ЯƎ)K	... quaestor
2 ЯVHI>HЯ(T.......	.... iussu
ЯƎЯƎЯ · V	.... dedit
4 ЯЯ8KƎ.........	.... hac
ЯƎTT(Я8VΩΠ ..	(prob)avit

Ex abrupto marmore reperto in via quae a Foro ad Theatrum ducit [49], haec edita sunt a Lepsio (*Inscr. umbr. et oscae*

[49] Ita habet Mommsenius l. c. « Gefunden mit dem Fragment einer Inschrift der bekannten pompejanischen ministri im Tempel der Venus zu Pompeji am 1. Aug. 1818 (nach den Berichten des Aufsehers Amicone) » Attamen in actis eius diei duos lapides repertos legimus, quorum alter graecis litteris exaratus erat, *una base con iscrizione greca*, alterum qui nomina exhibet ministrorum Mercurii et Maiae ipse Mommsenius descripsit (*Inscr. regni neap. lat.* pag. 117, n. 2259): ipsisque actis sub die 19 decemb. 1818 scriptum est « Nella spirante settimana altro non è occorso negli scavi di Pompei, che tra le terre si sono rinvenuti due frammenti d'iscrizioni, una

pag. 69, tab. xxiii, n. 15) et Mommsenio (*Unter. Dial.* pag. 184, tab. x, n. 26), quo nescio cur *ekhad* femininum et ablativi casus vulgatum est *hic*. Patet enim ex numero litterarum primi et postremi versus, in quinto verbum esse *prúfa*TTED, in primo nomen quaestoris et patris eius, in altero contineri decretum cuiuspiam collegii sive magistratus qui opus fieri iussit, tertium vero dicere quod quaestor hoc opus faciendum dedit: quid tamen in vs. 4 exprimeretur incertum est, nam verba desunt, et pronomen *isidu* quod supplevit Mommsenius, apud se accusativum requirere videtur.

2.



P. Matius . . . .
aediles . . . .
terminaverunt . . . .
. . . . **via pat(et?)** . . . .

Tribus fragmentis collatis haec modo leguntur in titulo, cuius reliqua desiderantur [20], tamen duobus ex verbis, quae nobis restituere datum, palam est agi de terminatione et mensura cuiusdam viae quam aediles curarunt. Lepsius quoque (*Inscr. umbr. et oscae* pag. 70, tav. xxiii, n. 16) et Mommsenius (*Unter. Dial.* pag. 182, tab. x, n. 23), quibus iam editus est, in vs. 3 viderunt *teremnai* ac nihil aliud in vs. 4 ante litteras... *mens*, ubi Garruccius invenit DI (*Bull. arch. nap.* 1852, pag. 84) atque mihi visum est legere RI, postquam prioris litterae fragmentum cum D et R vocum *aídi*... et *teremn*... comparavi. Propterea quod verbum, quod Garruccius hariolavit, *sereucidimens*, indicendum non arbitror.

osca l'altra latina che qui si trascrivono.» Quae vero sunt inscriptio quam supra dedi (tab. iii, n. 1) et nunc in R. Mus. Borb. n. 2365, et fragmentum Mommsenio editum (o. c. pag. 118, n. 2282) in quo mentio est ministrorum Fortunae Augustae.

[20] Confer titulum in R. Mus. Borb. n. 2400, quo advectus est anno 1836.

IV.

𐌅 · 𐌀𐌀𐌃𐌉𐌓𐌀𐌍𐌔 · 𐌅 · 𐌄𐌝𐌕𐌉𐌖𐌅𐌀𐌌 · 𐌐𐌀𐌀𐌌	V. Adiranus V. (f.) pecuniam quam
2 𐌅𐌄𐌓𐌄𐌉𐌉𐌀𐌝 · 𐌐𐌞𐌌𐌐𐌀𐌉𐌉𐌀𐌍𐌀𐌝 · 𐌕𐌓𐌝𐌔𐌕𐌀𐌀	reipublicae pompeianae testa-
𐌌𐌄𐌍𐌕𐌖𐌃 · 𐌃𐌄𐌃𐌄𐌃 · 𐌄𐌝𐌔𐌀𐌊 · 𐌄𐌝𐌕𐌉𐌖𐌅𐌀𐌃	mento dedit, hac pecunia
4 𐌅 · 𐌅𐌉𐌉𐌍𐌉𐌊𐌝𐌔 · 𐌌𐌓 · 𐌊𐌅𐌀𐌝𐌔𐌔𐌕𐌖𐌓 · 𐌐𐌞𐌌𐌐	V. Vinicius Marae (f.) quaestor pom-
𐌀𐌉𐌉𐌀𐌍𐌔 · 𐌕𐌓𐌝𐌝𐌁𐌞𐌌 · 𐌄𐌊𐌀𐌊 · 𐌊𐌞𐌌𐌁𐌄𐌍	peianus tribum hanc Comben-
6 𐌍𐌉𐌄𐌝𐌔 · 𐌕𐌀𐌍𐌂𐌉𐌍𐌞𐌃 · 𐌞𐌐𐌔𐌀𐌍𐌍𐌀𐌌	nieis decreto faciendam
𐌃𐌄𐌃𐌄𐌃 · 𐌝𐌔𐌝𐌃𐌞𐌌 · 𐌐𐌓𐌞𐌚𐌀𐌕𐌕𐌄𐌃	dedit, idem probavit.


Tabula lapidea quam primus accurato ectypo edidit de Jorio (*Plan de Pomp.* tab. IV, n. 5), et hinc Micalius (*Stor.* tab. CXX, n. 4). Eam deinceps protulerunt Guarinius (*Comm.* XI, pag. 9), Gellius (*Pomp.* 1835, tom. II, pag. 199), Grotefendius (*Rud. ling. oscae* pag. 27, tab. II), Avellinius (*Congh. sopra un'iscr. sann.* pag. 20), Lepsius (*Inscr. umbr. et oscae* pag. 68, tab. XXIII, n. 13), Mommsenius (*Unter. Dial.* pag. 183, tab. X, n. 24), Garruccius (*Quest. pomp.* pag. XXI): reperta est anno 1797 die 3 mensis iunii in loco qui dicitur *curia isiaca* ad parietem, et nunc extat in Reg. Mus. Borb. n. 776.

Verbum *eitiuvam*, quod antea interpretabantur *aediculam* vel *porticum*, ab Avellinio vulgatum est *pecuniam*, non solum quia frequenter in tabula Bantina variorum casuum desinentiis eademque significatione occurrit (vs. 9, 13, 18, 19, 27), sed etiam ob similitudinem verbi *iduare*, quod teste Macrobio etrusca lingua significabat *dividere* (*Saturn.* lib. I, cap. 15), ut de pecunia quae plurimis portiunculis dividitur lex est. Nec alienam ipse censet originem vocis *idus*, quae in vetustissimis inscriptionibus *eidus* scribitur, nam ille dies mensem dividebat atque eo tempore pecunia solvebatur, ita ut dies pecuniae mensium idus appellatae sunt (CICERO, *Att.* lib. X, ep. 5). De *vereiiai* disputavit Mommsenius (o. c. pag. 258), qui hoc verbum cum *cent-uria*, *curia* idest *co-viria*, *dec-uria* comparatum explica-

vit *reipublicae*, uti iam suspicatus erat Avellinius, quo etiam ***triibúm*** intelligebatur aedificium haud Romanorum *tribunali* diversum, seu locum multorum hominum capacem, ubi de rebus publicis cognoscebatur et pronuntiabatur: quod de hoc pompeiano aedificio existimo, in quo porticus sunt et suggestus pro concionibus. Denique cum verbum ***triibúm*** Romanorum *tribus* quodammodo exhibuisset, atque multae inter Oscorum et Graecorum mores Dorumque saltem affinitates interfuissent, universum populum pompeianum in tribus divisum, ac singulam tribum in anno de publicis negotiis decernendi iure donatam, et harum tribuum unam esse hanc, quae ***kúmbennieis*** nomine appellata, pecuniae reipublicae donatae modum finemque constituit, Garruccius opinatus est (o. c. pag. 90).

V.

1.




Mais Purius Mai (f.)
quaestor
Trimparacineis
decreto faciendum curavit.

2.



Florae.

3.



Mara Atinius Marae (f.) quaestor pecunia multatica Combennieis decreto faciendum curavit.

Utrorum titulorum inventio pertinet ad annum 1831. Primus Reg. Mus. Borb. servatus habet n. 2366 constatque duobus fragmentis, quorum alterum die 12 aprilis effossum publici iuris fecerunt Avellinius (*R. Mus. Borb.* tom. VII, pag. 19), Grote-

fendius (*Rud. ling. oscae* pag. **27**, tab. II, n. **9**) et Lepsius (*Inscr. umbr. et oscae* pag. **69**, tab. XXIII, n. **14**), alterum edidit Mommsenius postquam illud notatum reperit in schedis Amiconis (*Bull. arch. nap.* **1847**, pag. **45**; *Unter. Dial.* pag. **183**, tab. x, n. **25**), ubi emendandus est vs. **3** quem scripsit... *mparakkieis* (cf. *Bull. arch. nap.* nv. sr. tom. II, pag. **165**). Inscriptione altera, quae legitur in arula lapidis tiburtini n. **2360** signata, litterae *uu* pro longo *o* atque *s* pro *r* adhibitae sunt, et *Florai* sive *Florae* intelligitur ab Avellinio (*R. Mus. Borbon.* tom. VII, pag. **17**, **19**; *Congh. sopra un'iscr. sann.* pag. **19**, nt. **1**), quem sequuti sunt Grotefendius (*Rud. ling. oscae* pag. **27**, tab. II, n. **10**), Lepsius (*Inscr. umbr. et oscae* pag. **74**, tab. XXIV, n. **21**) et Mommsenius (*Unter. Dial.* pag. **180**, tab. x, n. **19**), dum contra Guarinio factum est *pluusa* fere *pluviosa* (*Comm.* XIII, pag. **21**).

Tertiam habet inscriptionem horologium solarium, quod dic **23** septembris **1854** eruderatum est apud Thermas in via quae a Foro ad Amphitheatrum ducebat. Verbum *múltasicad* quod *eitiuvad* modificatur, adiectivum esse ablativi casus et latine *multatica* vertendum haud dubitavi, non solum quia *multam* osce dici putabant quidam poenam (FESTVS, pag. **142**; VARRO apud GELL., *Noct. att.* lib. XI, cap. **1**), atque *molto*, *moltas*, *eituas moltas*, *moltam*, *moltaum* ex tabula Bantina (vs. **2**, **11**, **12**, **13**, **18**, **26**, **27**) et *aragetud multas* ex Nolana epigraphe habetur (MOMMSEN, *Unter. Dial.* pag. **178**, tab. VIII, n. **16**; cf. pag. **280**), sed etiam ob validum et exoptatum illud exemplum laminae aereae, ubi scriptum erat QVAISTORES ‖ AIRE MOLTATICOD ‖ DEDERONT (ORELLIVS, *Inscr. lat.* tom. II, pag. **45**, n. **3147**; cf. ZELL, *Handb. der röm. epigr.* tom. I, pag. **143**, n. **1238**): praeterea *multaticia pecunia* et *multaticio argento* legitur apud Livium, a quo ita appellatur pecunia quae multis irrogatis exigebatur (lib. x, cap. **23**; lib. XXX, cap. **39**), ut in fragmentis *Actorum Diurnorum* ubi Zellius dedit *mulcatitia* (o. c. pag. **355**, vs. **1**). Nomen *Atinius* passim occurrit in marmore Telesiae reperto (MOMMSEN, *Inscr. regni neap. lat.* pag. **256**, n. **4883**), in titulo Herculanensi (pag. **123**, n. **2383** a), in

epigraphe Nolana (pag. 101, n. 1968, vs. 14), plurimisque in locis [21).

[21] In ephemeride quae *Giorn. del Regno delle due Sicilie* nomine appellatur n. 245, hoc legitur excerptum ex inedito commentario, quod in hanc epigraphen a cl. Quaranta conscriptum et Regali Academia Herculanensi enarratum est die 7 mensis novemb. 1854.


» Il monumento consiste in un parallelepipedo di travertino su cui è incavata una superficie curva terminante in un piano inclinato all'orizzonte, situata fra due zampe di leone. Dal mezzo del piano sporge orizzontalmente lo gnomone di bronzo, sotto il quale è tirata una linea retta, che è la meridiana, ed a ciascun lato di essa son segnate altre cinque linee orarie. Tali linee hanno le estremità sopra due curve, e sono intersecate da una terza curva, segnata in modo che su di essa vada a cadere l'estremo dell'ombra dello gnomone negli equinozii. È dunque un orologio della specie di quelli che furon detti *solarii, scioteri*, ed *elitropii*. Esso par simile a quello che secondo Vitruvio costrusse Beroso, ed a quello disseppellito nel 1746 non lungi da Frascati e descritto dal Boscovich. Pare che fosse posto nelle Terme per far conoscere l'ora del bagnarsi, che nell'estate era l'ottava, nell'inverno la nona. L'iscrizione scolpita nella base suona in caratteri nostrali MR . ATINIIS. MR. KVAISSTOR. EITIUVAD · MOLTASIKAD . KOMBENNIEIS . TAN(ginud). AAMANAFFED, che il Quaranta interpreta: *Mara (o Mario) Atinio, figliuolo di Mara (o Mario) questore, col danaro delle multe, per decreto del senato fece fare.* Non entreremo nei particolari ragionamenti con cui il nostro archeologo prova l'esattezza di questa interpretazione; e solo diremo qualche cosa dell'etimologia della voce EITIUVA, *denaro*, su cui invano sudarono dotti stranieri, quali Lepsius, Peter, Aufrecht, Kirchoff, e Mommsen. Il comm. Quaranta vede in quella voce la radice EI o I che trovasi in altre voci osche ed umbre, ed è la stessa che l'altra sanscrita I conservata nel greco ἰέναι, nel latino *ire*, nel gotico *hiri* (vieni qua), nello slavo *inti*; riconoscendo nella seconda parte della voce in quistione (TIUVA) un suffisso derivante pur dal sanscrito *tawja*, addiettivo verbale indicante *ciò che può farsi*, e passato nella desinenza *tivo* o *ivo* de' latini e degl'italiani. Quindi, diremo colle parole del ch. illustratore, EITIUVA non è che una cosa la cui essenza sta nel poter andare, nel poter essere mossa, nel poter circolare, in guisa che siffatta voce esprime chiaramente la *moneta*. E però gli Osci, più filosofi in questo dei primi Romani, indicarono la proprietà più sostanziale della moneta, cioè quella di passare facilmente da un individuo ad un altro, e di essere agevolmente trasportata. Onde ebbe a dire S. Agostino, che soleva darsi forma rotonda al denaro, perchè si comprendesse come prestamente andassè or a questo ora a quello. Che se col vocabolo osco EITIUVA s'indicò la facilità di trasportar la moneta, se ne venne eziandio a significar così l'utilità, poichè quanto più cammina e circola, tanto maggior giovamento produce. »

SECTIO ALTERA

INSCRIPTIONES PARIETIBVS DEPICTAE
AVT
GRAPHIIS EXARATAE.

VI.

1. 2.



Hoc viae flexu eunt
ad turrim XII et forum, (?)
quo dicit (?)
Mara Adirius Vibii (f.).

Via est Pompeis a porta Herculanea ad Nolanam, quae prope Thermas circumversans, et maiori spatio patens, ad moenia septentrionalia ducit: apud hunc viae flexum duae leguntur inscriptiones rubro colore depictae, quarum una ante annum **1797** in pariete domus Actaeonis detecta, edita est a Rosinio (*Dissert. isag.* pag. **39**, tab. III), de Jorio (*Plan de Pomp.* pag. **225**, tab. IV; *Guida* pag. **47**, tab. V, n. **1**), Guarinio (*Comm.* XI, pag. **24**), Gellio (*Pomp.* **1835**, tom. II, pag. **206**), Grotefendio (*Rud. ling. oscae* pag. **30**, tab. II), Lepsio (*Inscr. umbr. et oscae* pag. **62**, tab. XXII, n. **2**), Mommsenio (*Unter. Dial.* pag. **185**, tab. XI, n. **29** a), omnibusque fere itinerariorum auctoribus; alteram, quae nunc admodum deleta est, invenies in pariete domus Pansae, ubi eam viderunt Lepsius (o. c. pag. **63**, tab. XXII,

n. 4) et Mommsenius (o. c. pag. 185, tab. xi, n. 29 b), egomet quoque delineavi anno 1847.

Omnino singularis est ac propria harum inscriptionum ratio, quod eae quae magistratuum iussu pictae sint, numquam continent domicilii alicuius mentionem, quam tantum reperire datum est ipsis in titulis, qui parietibus graphio otii consumendi gratia exarati, Pompeis publicis privatisque locis inveniuntur; attamen Mommsenius cum vocem *faamat* magis a *dhâman*, quod samscritica lingua *domicilium* sonat quam dorico ΦΑΜΩ illatam existimasset, verba *puf faamat* explicanda *ubi habitat*, et *versarínu* vel *verusarínu* locum eiusdem habitationis intelligendum censuit: quod vero cum prorsus mihi non suaderet, modum recentioris interpretationis excogitandum putavi.

Inscriptio quae repetita legitur in parietibus aedificiorum, quibus viae cubitus actus est, duorum locorum publicorum nomina referre videtur, quae sunt *turris duodecima* et *versarínu*, sed in eo itinere quod ex cubito viae portam Herculaneam pertingit, nullum aedificium apparet publica commoditate extructum et in deversorii usum accomodatum; immo vero nulla ratio est ut illud de duobus aedificiis eiusdem viae cursu locatis intelligatur: quare verbum *amvíanud*, quod utrisque inscriptionibus adhibitum est ut viam circumversantem denotaret [22], erroneum foret in titulo qui domi Actaeonis legitur, si duo aedificia uno rectoque itinere porta Herculanea adpulsante extantia indicasset. Quamobrem, quia turres non alium locum occupare poterant nisi moenia, ubi ad defensionem murorum aggerribus coniunctae erant, aedificium *versarínu* vel *verusarínu* appellatum exquirendum est itinere contrario, scilicet ab ipso cubito viae ad portam Nolanam. Ibi vero haud longe ab aede Fortunae Augustae maximum deversorium est sive Forum, ubi populus publicis privatisque negotiis versabatur, quod etsi nullam tunc habuisset ma-

[22] Differentia quae inter voces *amvíanud* et *dekkvíarim* (tab. I, vs. 8) occurrit, patet ex particulis *am* et *dekk* quae vocem *via* praecedunt, nam *circum* valuit *am*, et *dekk* explicatur *de* vel *ex*, ita ut *amvíanud* dicitur in titulis viam flectentem iterque mutantem, et *dekkvíarim* est via paullo a recto tramite discedens; quare confer quod de brachio cubito inflexo, nummis Anconae expresso, disseruit Cavedonius (*Spicil. num.* pag. 11).

gnificentiam monumentorum, quae a patronis coloniae, a pietate Eumachiae, ab auctoritate magistratuum facta deinde vel dedicata fuere, tamen se locum multitudine frequentatum ludisque aptum permultis inscriptionibus praebetur; ac propterea Forum a Pompeianis *versarinu* aut *verusarinu* appellatum coniicio, quia in eum locum ut in commune deversorium non habitandi sed ad tempus commorandi caussa divertebatur (cf. MANVT. ad CICER. *Epist.* lib. VI, **19**): qua de re verbum *faamat* cum *famino* (FESTVS, lib. VI, pag. **87** Müller) et *praefamino* (CATO, *De re rust.* cap. **141**; cf. cap. **134**) vetustissimis romani sermonis vocibus et ΦΑΜΩ Doricorum comparatum, latine *dicit* explicavi, quod in re oratoria valuit caussas dicere in Foro eleganter gravissime et copiosissime (ERNESTI, *Techn. lat.* pag. **123**).

Nec autem sacram sive iuridicam significationem vox *dicere* hic habere videtur, cum reliqua desint quae si de propitiatione deorum vel de iure dicendo ageretur exprimenda forent: quam vero sententiam haud fusius exponam nec defendam, dum ab ipsarum inscriptionum contextu figurativum omnem et methaphoricum sensum reiicere interpretes arbitrati sunt. Duorum igitur titulorum litteralem explicationem si quaerimus, summa facilitate summaque cum fide ita restituendam existimo: *per hanc viam itinere contrario itur duo in loca, idest ad turrim* XII *et ad Forum, ubi Mara Adirius Vibii filius verba ad populum facit.*

VII.

1.		2.
I И И Ǝ D Ǝ B · ꓤ И Ⱨ	**Maium Herennium**	. . . . . ИΒVꓘꟷП
VꟷƎ · Я · И · Ǝ · Я · I · I · IIII	IIII.	

Programma quod retuli n. **1** editum est a Guarinio (*Comm.* IX, pag. **28**; *Fasti duumv.* pag. **22**, n. **8**), Micalio (*Storia* tab. CXX, n. **5**), Grotefendio (*Rud. ling. oscae* pag. **29**, tab. II), Lepsio (*Inscr. umbr. et oscae* pag. **65**, tab. XXII, n. **7**), Mommsenio (*Unter. Dial.* pag. **186**, tab. XI, n. **29** f **1**), sed variis

parumque accuratis lectionibus, quod tandem recognovit Garruccius (*Quest. pomp.* pag. 34), et cum latina epigraphe, quae in proximiori pila legitur, comparationem instituit. Quamobrem cum valde incertum sit et temerarium fere his ex litteris formulas oscorum programmatum educere, tamen opus interpretationis absolvens, unam earum indicabo, quae propter indolem et contextum tituli paullo a vera abesse videtur: haec est VIR· BON· VOS· FAC·, quae in latinis titulis de magistratuum designatione occurrit, et quam praecedunt verba QVATVORV· ITER· I· D·, ut ex quatuor litterarum consensu coniicimus.

Alterius inscriptionis vestigia latent in litteris fugientibus *pikufn*... (MOMMSEN, o. c. pag. 187, tab. XI, n. 29 g 3). Tituli utrique leguntur in pilis tophaceis domus Francisci II. imperatoris nomine appellatae.

VIII.

1.		2.	3.
ƨHIПHIK·П	**Publius Cipius**	И . . . . . . ƎV · ꟻ ·KDƎ . . . . Ǝ И Я I	. . . . (?) IПV · ꟻ . . . . ƎIИ

Nomen Publii Cipii, quod extat in pila angulari domus Pansae, ediderunt Guarinius (*Comm.* IX, pag. 17; *Fasti duumv.* pag. 22), Gellius (*Pomp.* 1835, tom. I, pag. 144), Grotefendius (*Rud. ling. oscae* pag. 30, tab. II), Lepsius (*Inscr. umbr. et oscae* pag. 64, tab. XXII, n. 5), sed praecedente M, quod, tamquam omnino ad titulum non pertinens, recte Mommsenius reiecit (*Unterit. Dial.* pag. 186, tab. XI, n. 29 d). Exhibet etiam haec tabula nostra in n. 2 et 3 duorum programmatum fragmenta, quae parum diverse a Lepsio edita (o. c. pag. 63, tab. XXII, n. 3; pag. 67, tab. XXII, n. 10), iterum a Mommsenio prolata sunt (o. c. pag. 186, 187, tab. XI, n. 29 c, f 2), et quae ego delineavi ex pila quae extat dextrorsum portam domus Pansae, atque ex domo angulari plateae Theatri.

IX.

	. . . . . ИƎBKƎDП · DHH	Mara Perkennius . . . .
2	. . . . . . Я . . . ƎH · IIII	IIII . . . .
	. . . ⅄ƎIH · VꓘIBИ⅄ . . .	. . . .
4	ƧIHIBПИ · ƧꟻƎƧ . . IIII	IIII . . procurator
	HVHIT⅄И	alimentorum

Inscriptionem hanc inspicimus in platea Fontis Abundantiae prope Forum. Gellius (*Pompeiana* **1835**, pag. **3-4**), Guarinius (*Comm.* IX, pag. **17**; *Fasti duumv.* pag. **22**), Grotefendius (*Rud. ling. oscae* pag. **29**, tab. II), Lepsius (*Inscr. umbr. et oscae* pag. **64**, tab. XXII, n. **6**) et Mommsenius (*Unt. Dial.* pag. **186**, tab. XI, n. **29 e**) eam descripsere, et sex versibus constare opinati sunt, quamquam vestigium versus tertii valde dubium atque incertum dixissent: sed cum pilam, in qua inscriptio depicta est, ferro e calce purgassem, tunc tertium versum numquam extitisse, et quinque solum versus titulum habuisse comperi.

Notae numerales, quae in secundo conspicuae et in quarto versu minus integrae ac dimidiatae sunt, quia hic pila fracta est et opere lateritio impleta, nomina virorum, qui ad quatuorviratum fortasse designabantur, in vs. primo et tertio adamussim constituunt, atque in verbis... ***seis aphinis altinúm*** alterius quatuorviri appellationes praefinire videntur. Igitur verbum ***altinúm***, quod est genitivi casus ex numero multitudinis et modificatur ***aphinis***, si *alimentorum* reddimus iuxta illud Festi, *altus ab alendo dictus* (lib. I, pag. 7 Müller), vocem ***aphinis***, quae ab alia *adfero* simili deduci potest, *procurator* explicandam, et cum formula latinorum programmatum, quae latet litteris V· A· S· P· P·, de quibus amplissime contendit Avellinius (*Opusc.* tom. II, pag. **227-252**), comparandam existimavi, etsi incertae sint significationes verborum, quibus super coniecturas extruere possumus.

X.

1.

ꟿIИVꟿꟿЯƆ — VICTORIA(m)

14.

ƧꟿЯIIИTꟿ8Ǝꟿ · ƎƧIƎIIꟿЯЯꟿ — **Mammios Meditia(n)us?**

........ꟿꟿꞰꟿII.....

15.

ƧꟿT>IОЯЯПᗡI.....II.....IIЯƧƧꟿIƎꟿ · ƧИƎꟿƎ..

Clemens Melissaeus ......

Inter columnas tophaceas, quae Fori latum meridionalem praecingunt, duae conspiciuntur, in quibus iterum depicta est inscriptio bilinguis n. **1**, de qua dixi in *Giornale degli scavi di Pompei* tom. I, par. II, pag. X-XII. Verbum ***vaamunim*** quod ad genitivum multitudinis retuli, nunc arbitror accusativum singularem, quia vox *victoria*, quae oscum verbum latine reddit, et decurtata est atque ad exemplar permultarum inscriptionum, quae muris incisae vel depictae leguntur, magis *m* finali caruisse, quam maiore litterarum numero indigisse videtur.

Deperditae sunt inscriptiones n. **14** et **15** signatae, quae olim legebantur in platea Mercurii pilisque lapideis domorum Pomponii et Medusae. Primam dedit Mommsenius (*Bull. arch. nap.* tom. IV, pag. **117**; *Unter. Dial.* pag. **187**, tab. XI, n. **30** b), quam forsitan Lepsius etiam vidit (*Inscr. umbr. et oscae* pag. **67**, tab. XXII, n. **11**), et alteram ab Avellinio evulgatam (*Bull. dell'Inst.* **1831**, pag. **14**) multi edidere, quos inter confer Lepsium (o. c. pag. **66**, tab. XXII, n. **8, 9**) et Mommsenium (o. c. pag. **187**, tab. XI, n. **30** a).

2.

IIXƆ · ИVꞰЯ · IИVIЯƎBЯ — **Adiunctionem acnu(arum) cxii.**

4.

IIƧOƎꟿꟿЯЯƎƆ · Ɔ
IISOIEIIRII Ɔ

5.

Ƨ(?)IIB(?)IПVꟿЯ

6. ƧIИIᗡ+ ▮ YꓘꞏП — 7. Ƨᖷꟷᗡ ... Ꞇ ... VП · Ꞇ

Ex titulis extemporalibus, quos hac tabula collegi, pro magnitudine atque integritate praestantissimus ille est quem dedi n. 2 tectorio exaratus et rubro colore depictus, qui anno 1823 eruderatus, nunc Reg. Mus. Borb. servatur n. 772. Mensura, quam nota CXII designat et recte a Mommsenio *acnua* explicata est (o. c. pag. 247; cf. pag. 188, tab. XI, n. 30 e), agrum de quo loquitur in titulo, sex et quinquaginta iugera habuisse docet, quia *acnua* dimidia pars iugeri fuit sive actus quadratus, qui et latus erat pedes CXX et longus totidem (VARRO, *De re rust.* lib. I, cap. 10) pedesque habuit $\overline{\text{XIIII}}$CCCC.

Verbum *ahvdiuni*, quod nomen mensurae praecedit, desinentiam habens accusativi singularis tertiae declinationis, omophoniae gratia, latine vertam *adiunctionem*, prout in re iuridica additiones vel accessiones dicebantur, atque ipsum intelligam aedificium, quo titulus erat, agri adiunctionem habuisse (cf. LEPSIUS, o. c. pag. 75, tab. XXIV, n. 22).

Inscriptio n. 4 repetita est in pariete externa domus quae tragoediographi nomine nuncupatur, sive *vico della Fullonica* (MOMMSEN, *Bull. arch. nap.* tom. IV, pag. 117; *Unter. Dial.* pag. 188, tab. XI, n. 31 a), ubi Garruccius litteram C aliena manu exaratam, quae apud epigraphen legitur, cum ipso titulo coniunxit (*Inscr. grav. au trait* pag. 37, tab. II, n. 1); parumque diverse a Garruccio editae sunt, inscriptio n. 5 (o. c. pag. 37, tab. II, n. 3), de qua vide Mommsenium (*Bull. arch. nap.* tom. IV, pag. 118; *Unter. Dial.* pag. 188, tab. XI, n. 31 c), et ea quam dedi n. 6 (MOMMSEN, *Bull. arch. nap.* l. c.), cuius lectionem firmavit cum P· CVCVNNIS (o. c. pag. 54, tab. XXVI, n. 4), quas autem et sequentem n. 7 (o. c. pag. 54, tab. XXVI, n. 6) invenies in *vico della casa del Fauno*.

Nescio quo loco legebantur tituli n. 13

d. <VᴍГv> *e.* I · IИИIП · ꟷꟽ *f.* ИƧ . . ꝉV8ꝉI

qui, nisi fallor, nuper periere (GARRUCCI, l. c. n. 1, 2, 3).

Praeteritas aliquarum litterarum figuras muris domus Fauni

hic illic exaratas, quatuor alphabetorum fragmenta graphio incisa retuli sub n. 9. >8И, 10. ꓘƆ88И, 11. Ꙅ>8И, 12. ƎꙄ>8И, ut agnoscatur quomodo in Oscorum lingua magistri pueros inscientes edocuerint, et quo tempore in graeca simul ac latina lingua ipsi Pompeis versabantur (MOMMSEN, *Bull. arch. nap.* tom. IV, pag. **117**; *Unt. Dial.* pag. **188**, tab. XI, n. **31** d, e; GARRUCCI, o. c. pag. **18**, **23**, tab. I, n. **1-4**).

Exhibet demum haec tabula nostra quinque tegularum inscriptiones, quarum tres ab actis effossionum vindicantur (n. **13** *a*, *b*, *c*), et duae modo Reg. Mus. Borb. adservantur:

1. ꙄIПVП · IИ — **Numerius Popidius** (*Bull. arch. nap.* tom. IV, pag. **117**; MOMMSEN, o. c. pag. **184**, tab. X, n. **28** a).

2. ƎƆT · ꓘƎꙄ — **Decius Trebins** (*Bull. arch. nap.* l. c. nt. a.; MOMMSEN, o. c. pag. **185**, tab. X, n. **28** c).

3. ...П · ƆꙄꟽ — **Mara P...** (*Bull. arch. nap.* l. c. nt. a; MOMMSEN, l. c. n. **28** b).

4. ϟIƎNI⅃IꟻƎ — **Vilinei** (*Bull. arch. nap.* nv. sr. tom. II, pag. **118**, sed Minervinius dedit *vilineis*).

5. ꙄYꟼ8 · ꙄИƎꟼIƎ8 — **Herennins Frous** (*Bull. arch. nap.* nv. sr. tom. II, pag. **119**).
ꟻƎꙄПY **fecit**

Ad locum Charisii a Minervinio relatum adde verba Prisciani, qui voces *frus* et *fros* rustico more dictas, postea repudiatas affirmat, litterarumque U et R formam adverte, quae scriptae sunt Y et P, atque D cuius figura F adsimilis esse videtur.

INDEX OSCORVM VERBORVM

QVAE

POMPEIANIS TITVLIS LEGVNTVR.

---

1. *aadirans*, tb. IV, vs. 1.
2. *aadiriis*, tb. VI, n. 1, vs. 4; n. 2, vs. 4.
3. *atiniis*, tb. V, n. 3, vs. 1.
4. *diupibiis* (?), tb. X, n. 5.
5. *viiineis*, tb. X, n. 8.
6. *viinikiis*, tb. IV, vs. 4.
7. *heirens*, tb. X, n. 3.
8. *herenni*, tb. VII, n. 1, vs. 1.
9. *ivdaiieosii* (?), tb. X, n. 4.
10. *kiipiis*, tb. VIII, n. 1.
11. *(kl)emens*, tb. X, n. 15.
12. *kuirinis* (?), tb. X. n. 6.
13. *kusmus* (?), tb. X, n. 13 d.
14. *maamiieise*, tb. X, n. 14.
15. *matiis*, tb. III, n. 2, vs. 1.
16. *mefitaiiais*, tb. X, n. 14.
17. *meliissai*, tb. X, n. 15.
18. *pinni...*, tb. X, n. 13.
19. *púlkrifs* (?), tb. X, n. 7.
20. *púntiis*, tb. I, vs. 1.
21. *púpidiis*, tb. II, n. 1, vs. 1; tit. vs. 1.
22. *púpid*, tb. X, n. 13 a.
23. *puriis*, tb. V, n. 1.
24. *siuttiis*, tb. I, vs. 1.
25. *trebiis*, tb. II, n. 2, vs. 1.
26. *frus*, tb. X, n. 3.
27. *a*, tb. X, n. 7.
28. *c*, tb. X, n. 4.
29. *dek*, tb. X, n. 13 b.
30. *v*, tb. II, n. 1, vs. 1; tit. vs. 1, tb. IV, vs. 1, vs. 4.
31. *l*, tb. VIII, n. 2, n. 3.
32. *ma*, tb. V, n. 2, vs. 1; tb. VII, n. 1, vs. 1.
33. *mr*, tb. IV, vs. 4; tb. V, n. 3, vs. 1, tb. VI, n. 1, vs. 4; n. 2, vs. 4; tb. IX, vs. 1; tb. X, n. 13 c.
34. *m*, tb. I, vs. 1.
35. *ní*, tb. II, n. 2, vs. 1; tb. X, n. 13.
36. n, tb. I, vs. 1.
37. *p*, tb. III, n. 2, vs. 1; tb. VIII, n. 1; tb. X, n. 6, 13.
38. *tre*, tb. X, n. 13 b.
39. *tr*, tb. II, n. 2, vs. 1.
40. *úe..* tb. VIII, n. 2, vs. 1.
41. *úpi* (?) .., tb. VIII, n. 3, vs. 1.
42. *aídilis*, tb. I, vs. 2, vs. 11; tb. III, n. 2, vs. 2.
43. *kvaísstur*, tb. III, n. 1, vs. 1; tb. IV, vs. 4; tb. V, n. 2, vs. 2, n. 3, vs. 3.
44. *med. túv.*, tb. II, n. 1; tit. vs. 2; tb. II, n. 2, vs. 1.
45. *medikeis*, tb. I, vs. 9.
46. *aamanaffed*, tit. vs. 3; tb. II, n. 2, vs. 2; tb. V, n. 2, vs. 4; n. 3, vs. 3.
47. *deded*, tb. II, n. 1, vs. 3; tb. III, n. 1, vs. 3; tb. IV, vs. 3, vs. 7.
48. *eítuns*, tb. VI, n 1, vs. 1.
49. *eít*, tb. VI, n. 2, vs. 1.
50. *pat(ed)*, tb. III, n. 2, vs. 4.
51. *prúfatted*, tit vs. 5; tb. III. n. 1, vs. 5; tb. IV, vs. 7.
52. *prúfattd*, tb. III, n. 1, vs. 4.
53. *prúfattens*, tb. I, vs. 10.
54. *teremnattens*, tb. I, vs. 2-3, vs. 5-6; tb. III, n. 2, vs. 3,
55. *teremnatust*, tb. I, vs. 4.
56. *úpsannam*, tb. IV, vs. 6.
57. *úpsan*, tb. II, n. 1, vs. 2.
58. *upsed*, tb. X, n. 3, vs. 2.
59. *uupsens*, tb. I, vs. 10.
60. *faamat*, tb. VI, n. 1, vs. 3, n. 2, vs. 4.
61. *iúveis meelikiieis*, tb. I, vs. 7.

62. *flusai*, tb. v, n. 1.
63. *ahvdiuni*, tb. x, n. 2.
64. *akun*, tb. x, n. 2.
65. *altinúm*, tb. IX, vs. 5.
66. *amvianud*, tb. VI, n. 1, n. 2, vs. 1.
67. *aphinis*, tb. IX, vs. 4.
68. *dekkviarim*, tb. I, vs. 8-9.
69. *eitiuvam*, tb. IV, vs. 1.
70. *eitiuvad*, tb. IV, vs. 3; tb. v, n. 3, vs. 1.
71. *vaamunim*, tb. x, n. 1.
72. *vereiiai*, tb. IV, vs. 2.
73. *versarinu* et *verusarinu*, tb. IV, n. 1, vs. 2-3; n. 2, vs. 3.
74. *viu*, tb. I, vs. 4; tb. III, n. 2, vs. 4.
75. *viam*, tb. I, vs. 2.
76. *via*, tb. I, vs. 5, vs. 8.
77. *v(i)ass*, tb. I, vs. 7-8.
78. *ka(i)la*, tb. I, vs. 6-7.
79. *kúmbenniels*, tb. IV, vs. 5-6; tb. v, n. 3, vs. 2.
80. *passtata*, tb. II, n. 1, vs. 2.
81. *perek.*, tb. I, vs. 6.
82. *per.*, tb. I, vs. 4.
83. *púnttram*, tb. I, vs. 3.
84. *serevkid*, tb. I, vs. 10.
85. *tanginud*, tb. III, n. 1, vs. 2; tb. IV, vs. 6.
86. *tangin.*, tb. V, n. 2, vs. 4.
87. *tangi.*, tb. v, n. 3, vs. 2.
88. *tiurri*, tb. VI, n. 1, vs. 2; n. 2, vs. 2.
89. *triibúm*, tb. IV, vs. 5.
90. *(tri)mparakineis*, tb. v, n. 2, vs. 3.
91. *trisiaamentud*, tb. IV, vs. 2-3.
92. *etsak*, tb. IV, vs. 3.
93. *ekak*, tb. I, vs. 2; tb. II, n. 1. vs. 2; tb. IV, vs. 5.
94. *ekass*, tb. I, vs. 7.
95. *ekhad*, tb. III, n. 1, vs. 4.
96. *eksuk*, tb. IV, n. 1, n. 2, vs. 1.
97. *iúviia*, tb. I, vs. 8.
98. *imad-en*, tb. I, vs. 10.
99. *isidum*, tb. IV, vs. 7.
100. *isidu*, tb. II, n. 1, vs. 3; tit. vs. 4.
101. *iussu*, tb. I, vs. 5, vs. 10-11.
102. *múltasicad*, tb. v, n. 3, vs. 2.
103. *paam*, tb. IV, vs. 1.
104. *púmpaiiana*, tb. I, vs. 5.
105. *púmpaiianai*, tb. IV, vs. 2.
106. *púmpaiians*, tb. IV, vs. 4-5.
107. *púmpaiianeis*, tb. I, vs. 9.
108. *staf(i)anam*, tb. I, vs. 3-4.
109. *anter*, tb. VI, n. 1, n. 2, vs. 2.
110. *ant.*, tb. I, vs. 3, vs. 6.
111. *en*, tb. I, vs. 10 (vide n. 98).
112. *ini*, tb. I, vs. 8; tb. VI, n. 1, vs. 2, n. 2, vs. 2.
113. *puf*, tb. VI, n. 1, n. 2, vs. 3.
114. III, tb. I, vs. 6.
115. IIII, tb. VII, n. 1, vs. 2; tb. IX, vs. 2, vs. 4.
116. X, tb. I, vs. 5.
117. XII, tb. VI, n. 1, n. 2, vs. 2.
118. CXII, tb. x, n. 2.

Adde quatuor alphabetorum (tb. x, n. 9-12) et aliquot incertorum verborum fragmenta cum litteris unicis, quae hic adnotantur.

1. *d.*, tb. VII, n. 1, vs. 2; tb. VIII, n. 2, vs. 2.
2. *ea...*, tb. VIII, n. 2, vs. 2.
3. *eiu*, tb. VII, n. 1, vs. 2.
4. *...erk.*, tb. VIII, n. 2, vs. 2.
5. *v.*, tb. VII, n. 1, vs. 2.
6. *i.*, tb. VII, n. 1, vs. 2; tb. VIII, n. 2, vs. 2.
7. *...igipaarigtis*, tb. x, n. 15.
8. *...labiku*, tb. IX, vs. 3.
9. *n.*, tb. VII, n. 1, vs. 2; tb. VIII, n. 2, vs. 2.
10. *ne...*, tb. IX, vs. 2.
11. *niel...*, tb. IX, vs. 3.
12. *nie...*, tb. VIII, n. 3, vs. 2.
13. *pikúfn...*, tb. VII, n. 2.
14. *...(ri)mens*, tb. III, n. 2, vs. 4.
15. *...seis*, tb. IX, vs. 4.